

esse, tanquam si nunquam ægrotasset, & in pristinum naturalempque statum rediisse, ut *l. Qnod lana-*  
*20 tum; ff. de Læsil. edit. Gal. 9. Meth. med. cap. 15.*  
*claf. 7.*

21 Porro ex tempore, quod est inter unum & alium morbum, assequi etiam possumus, sitne posterior prioris recidiva; si enim tempus intermedium non sit multum, facile suscipi possumus, immo pro certo habere, si extera consentiant, ultimum morbum esse prioris recidivam. *Ripa in tract. de pest. parti. Med. num. 140. cum ibi citatis. Rota ubi supr. pra. num. 4. & iure, dicente Avic. ubi supr., quod reliquie prioris morbi cito faciunt recidivam, & ante illum Hipp. 2. Epid. scit. 1. text. 23. & 6. scit. 3. text. 31. ulcera que sunt, & tubercula judicania febres, quibus hac non sunt, iudicationum sublationes; quibus intus relinquantur, certissima & citissima recidiva. Neque in causis ab Hipp. enarratis *ibid. de morb. vng.* recidivam usque duodecimum, aut decimquintum diem protractam compcries; licet, permanentibus signis nuper enarratis, etiam ultra menem protractari posse non dubitem, plurimum tamen tanto tempore tardare non confuevit.*

23 Denique ex ægreditum specie conjici id ipsum potest, non tamen ex eo solummodo, quod po-

24 sterior morbus sit ejusdem speciei cum priore, quia potest posterior morbus esse contraria speciei, ut si prior erat febris ardens, qua morbus calidus est, posterior poterit esse hydrops, qui frigida ægritudo est: nonnulli enim morbi in contrarias dispositiones agros trahunt, ita docente experientia, affirmante Hipp. 2. Epid. scit. 1. & Avic. ubi supr. cap. 100.

26 Nec tantum valet ea præsumptio, quod subsequens morbus ideo præsumatur recidiva prioris, quia eadem accidentia atque symptoma hic atque prior habet, quantum voluit *Rota ubi sup. num. 27. 5.* potest enim subsequens morbus esse ejusdem naturæ cum priore, & non habere eandem causam,

28 & sic non esse prioris recidiva, quia recidiva, &

29 morbus habent unam eandemque causam, ut supra firmatum est; potest quoque & posterior morbus, ut dixi, esse contraria speciei cum precedenti, & tamen esse prioris recidiva, quia ab una eademque causa originem ambo ducent.

Ac prior quidem conculcio (nam posterior jam in propatulo est) exemplo patere potest: Nam pone mihi virum ex febre ardente laborantem, ob id quod plurimum, & supra consuetudinem se exercuerit, quem finge septima per sanguinis hemorrhagiam ex naribus critice fuisse fanatum, & omni ex parte convaluisse, dehinc calidorum ciborum usum, & meri potu paucis interiectis diebus, in eandem febrem ardenter recidat, hec quidem non erit prioris recidiva, sed erit omnino novus morbus, licet idem specie sit; diversam enim habet causam, & ex nova humorum biliosorum, vel biliosi sanguinis aggregatione procreatus erit; nam causam prioris morbi cessaſe, probat critica illa evacuatio, & omnimoda ex illa morbi allevatio ac perfecta sanatio: novam vero causam irepiffisse, errata in vieti probare possunt: neque enim dubium est, ex eis novam fuisse bilem in corpore aggregatum, tunc vel ob multitudinem, vel ob dispositionem putrefactis in venis, vatisque magnis cordi proximis, novam accederit febrem.

31 Declaranda ergo veniunt prædicta, ac limitanda:

nam siquidem novam causam conferat advenisse, & æger ex priori morbo perfekte non reconvaluerit, si posterior morbus accedens sit ejusdem speciei cum priore, faciet maximam recidivam præsumptionem ceteris adjunctis admixtis; si autem sit quidem ejusdem speciei, sed vel conserat accessisse novam causam, vel cetera conjectura defiderentur, non sic temere in hoc casu pronuncianendum erit.

Tertius casus, de quo dubium aliquod intercedere posset, talis est: Gravida mulier morbo aliquo salutari labore, ut exempli causa simplici ac leviter tertiana, nullo concordata symptomate, dehinc partus sequatur, ac febris ita irritetur, ut ex simpli, & benigna, & intermittent, continua, ac maligna evadat, taenique mulierem ad interitum perducat. Hic casus, licet pane idem sit cum priori, habet tamen aliquid peculiaris speculationis; dico ergo, quod facit locum exceptioni, & comprehendit de potest sub regula decima; prior enim morbus ex sua natura salutaris mortem non poterat afferre, quia tamen humoris in motu erant, adveniens partus hunc ipsum mortum irritavit, & ex eo morbus exacerbatus exsalutari lethalis evasit, fortasse absque ea causa superveniente non nisi salutaris permanurus.

Sed instabis, dicens: Nonne absque partus adventu poterat tertiana etiam in alio subiecto ex intermitte, ac levi fieri continua, ac maligna, & ægrum è medio tollere? quomodo ergo absolute illud pronunciare licet, quod tota mortis culpa penes partum resideat? Respondeo, dubium non esse in quibus subiecto potuisse tertianam febrem ex levi, & intermittent, gravem ac continua evadere, & ægrum occidere, tamen quia hic habemus evidenter causam irritationis ipsius morbi, qui alias, quantum ad ejus naturam spectat, salutaris esse soleat, frusta alias ejus rei causas inveftigare tentaremus, facit decisio Rose divers. num. 701. in noviss. part. 1.

Dubitandi quoq; ansem præbere potest sequens casus, qui in horum numero quartus est, & cui similis historia apud Hipp. habetur Epid. lib. 7. de Semini conjug. Si ex partu, aut prægnantia mulier in morbum chronicum labitur, ex quo longo post spatio extra partum, aut prægnantiam decadat, an pro exceptio-

35 ne causas sit. Respondeo, quod si secundum rei naturalis sententia ferenda est, cum priorem ac originariam morbi causam supponamus in hoc casu suffit ex partu, aut prægnantia, exceptio locum habere debet. At si sequitas respicienda est, & fraudis occasio tollenda, l. Qnod si Epibei. §. in summa, ff. de eo quod 38 certo loco. In omnibus ff. de reg. Iur. (parcant humanissimi iurisconfulti, si Medici terminos transgredior) pro lucro in hoc casu tentantia ferrent; fraus enim latere potest; nam cum licuerit pecuniarum dominio per longum temporis intervalum, quo haec mulier ægrotavit, eas ab eo periculo eximere, & tamen neglexerit, suspicionem præberet, ne fraudulentio animo hoc egredit, ut, pecunias salvias existentibus, fructus percepiret, cum in hoc casu semper dare potuerit de exceptione; itaque videndum, an hoc æquitat consonum, aut dissonum sit.

Quintus casus: Ponamus, quod mulier aliqua menstruorum retentione labore, ex qua in morbum aliquem incidat longum; cum tamen haec se gravidam esse putaret, nullo modo curata est, sed morbo permanente, gravida fiat, dehinc putans se septime-

39 strum,

stire, aut provectiore serum gerere abortiat, patet vero abortum solummodo bimestrem, trimestrem, aut recentiorem esse, ex abortus denique occasione prior morbus irritatus illam è medio tollat.

40 Videtur prima fronte, quod hic casus debeat esse pro exceptione: nam ex abortu originem habuisse mortem patet, cum tamen originaria causa morbi,

41 qui occidit mulierem, fuerit menstruorum retentio, que similiter etiam abortum procurare potuit. Itaque cum prior morbus ex prægnantia non esset, & secundus originaria causa habuerit à priori, immo fuerit ejus fructus ac gemen, abortus habet se tanquam causa impulsiva: neque enim suppono, quod ille morbus etiam extra abortum non potuerit longo tempore occidere, casus tamen eventu rarus erit, ut de priori dicebam, & difficultate non carebit.

42 Denique ponamus, quod gravida, parturiens, aut puerpera ex præcataræca causa absque illa prægnantia, partus, aut puerperi culpa in morbum labatur, exquo pereat etiam intra puerperii terminum, aut in ipsa prægnantia, vel partu. Dicamus in hoc casu non esse locum exceptioni, eo quod morbus partui, aut prægnantia imputari non possit, nec puerperio, habet enim evidentissimum causam, & ita expresse tenet Valleſ. Contr. Med. libro decimo, capite quarto.

43 Cum vero ob particularium causum multitudinem possim hæc in infinitum variari, impossibile omnino est, ut hic omnes casus dubii apponantur; quamobrem superiores adduxisse sint, ex quibus, si una etiam supra tradita regulæ, ac historie in considerationem adhibentur, facile de quoconque sententiam ferre licebit.

## S V M M A R I V M.

3 Per ea verba, Excepta morte partus, Sc. quos causas intelligi voluerit Cognatus. & num. 3. conclusus num. 14.

2 Partus & prægnantia minquam sunt causæ mortis, quia res sunt maxime naturales. refellit num. 4. declaratio num. 5.

6 Nulla corporæ actio animalis obest, quandiu natura liter fit.

7 Omnes res naturales, cum præter naturam evadit, est causa morbi, vel morbus.

8 Morbus ex quibus evenit.

9 Sanitatem procurantes, res præternatam in naturalem statum reducimus.

10 Morbus, & sanitas circa idem versantur. & numero sequenti.

12 Partus & prægnantia, licet res naturales sint, possunt præternatandas evadere.

13 Omnes morbi non sunt propriæ partus & prægnantia, licet in partu & prægnantia eveniant.

15 Partus & prægnantia humoris prævios genunt, vel irritant.

16 Pregnantes sanguinem habent deteriorem.

17 Partus & prægnantia semper culpa participant in eveniente morbo. contrarium num. 22.

18 Non quoque culpas potest partus, facit exceptionem locum.

19 Non semper partus & prægnantia eodem modo causæ sunt evenientis morbi, declara in numero sequenti.

21 Semper prima causa culpanda.

23 Pregnantes cibo & potu pinguiscent.

24 Partus & prægnantia plurima profunt.

25 Magis sano sunt mulieres facundæ, quam non facundæ.

26 Cui partus & prægnantia tot mala afferant.

27 Incommoda prægnantie & partus, deficiunt naturales sunt, non morbos.

28 Pregnans, & puerpera sano sunt, contrarium num. 30. die in ibid.

29 Pregnantia assimilatur ciborum concoctioni.

31 Causa morbi præter naturam est.

32 Partus & prægnantia sunt oblesiones operationum, contrarium ibid.

33 Partus & prægnantia adducentur ab Hipp. pro morborum causis. reprobatur num. 34. & 37. Vide num. seg.

36 Hipp. cum quid pro morbi causa adducit, particula Ex uti solet.

38 Dies critici a partu numerantur, reprobatur numero 41. declaratio num. 42.

39 Causa morbi à partu insit, sed latitat ad triginta dies.

40 Conceptiones, & partus eodem tempore judicantur, quibus judicantur morbi.

43 Sanitas & vita eodem modo, istudque diebus jadicantur, quibus judicantur morbi.

Argumenta in contrarium objecta proponuntur, ac resolvuntur.

## Q V A S T I O VIII.

5 Vpereft, ut argumentis, quæ contra nostram opinione adducuntur, satisfaciamus, licet & ex superioribus satis superque satisfactum sit; tamen hic magis peculiariter id ipsum agere nec superfluum, nec abs re mihi videtur. Primo ergo Cagnatus præceptor meus, cum vim eorum verborum, quæ in societatum contractibus apponuntur, explaneat, nimirum, Excepta morte ex partu, & causa partus, conatus est demonstrare, in verbis comprehendi quoconque casus, qui in partu, aut prægnantia eveniant, nec nisi de unoquoque qualiter fit, aut quācumque habeat causam, ea verba intelligi posse; quod si ea lententia Iuri & Iustitiae non satisfaciat, vel ea verba secundum prædicantem sententiam intellecta minus Iustitiae consolna esse videantur, à Legibus, ac statuentibus hæc in melius commutanda esse definitiv.

Dicebat enim, quod cum partus & prægnantia res sint maxime naturales, nunquam fieri possunt mortis causa, et igitur verba de morte ex partu, aut prægnantia eveniente, intelligi non possunt, quia ex iis nunquam causatur mors, ergo de morte intelligenda sunt, quæ ex morbis ad partum & prægnantiam accidentibus originem dicunt, unde est, quod necessario, attentis illis verbis, omnis causus mortis in prægnante, aut parturiente eveniens exceptioni locum dabit.

Huius argumento & abunde satis supra quaff. 2. à num. 8. ad plus segg. satisfeci, & nunc etiam iis, que sequuntur, ab illis quæ inibi adduxi non diffidentibus, plenus satisfaciem. Dico ergo, quod partus res quidem naturalis est, si consideretur prout est actio quædam à Natura infusa ad expellendum serum, ut mihi ad expellendum urinam, & hoc modo, hoc est in abstracto, in sensu diviso,

seu extra rem sumptus naturalis res est, & à Natura intenta, at in concreto, & in sensu composito, aut in particulari sumptus aliquando naturalis est, aliquid non naturalis; cum ergo dicis, partus, quia res est naturalis, non potest occidere, non vides, te confundere terminos, & quando dicis partum rem esse naturalem, sumere illum universaliter, quando autem conclusis, cum non posse occidere, lumine illum in particularibus, prout in hoc, aut illo individuo reperitur, & sic, etiam si antecedens veritatem habeat, consequens tamen falsum est.

Nam quemadmodum nulla actio, aut functio naturalis, quatenus & quoque naturaliter fit, ut alias dixi, potest animali obesse, aut morbum, vel mortem causare, sic & partus, & prægnantia; sed quemadmodum ceteræ omnes res naturales, cum in præternaturam abeunt, possunt esse, & cum effectu sunt cause morborum & mortis, sic etiam & 8 partus & prægnantia; nam mortis ex morbo dependet, qui à rebus naturalibus originem habet, cum præter naturam evadunt, & idcirco cum sanitatem inducere volumus, propositum est, que præter naturam sunt, in naturalem statum reducere. Gal. in lib. Hipp. de art. tex. 7. quid ergo, obsecro, curamus nos cum partus difficultas sit? an aliam ullam rem præter partum? partus ergo præter naturam evasit, & idcirco ex difficultate illius facilem reddere stendemus, 10 morbus enim & sanitas circa idem verlantur. Gal. 11. Meth. cap. 7. class. 7. ejusdemque rei datur morbus, cuius datur sanitas; dum enim salus paritur, morbi quoque & aggradiuntur partus sunt, ut Gell. dicebat libro sexto, cap. 1. ex quibus manifestum fit,

12 quod illico atque ponis, prægnantiam & partum res esse naturales, debet concedere, posse fieri præter naturam, & morbos, ac mortem ex propria lœsione, ut proxime & efficientes causæ, gignere, ut ceteræ res omnes naturales. 13 Non ergo omnes morbi, in parti & prægnantia evenientes, sunt partus & prægnantia morbi; neque partus & prægnantia ita res naturales sunt, ut morbos nungunam efficiantur, & non possint causare mortem; sed aliqui morbi propriæ ac primaria ex 14 ipsis, vel per ipsa causantur, unde ea verba. Excepta morte ex partu & prægnantia, non de omni morte intelligenda, sed de ea tantum, quæ ex ipsis immediate procedit.

Conantur alii probare, (quod de directo superiori Cagnati assertione contrariatur) partum & prægnantiam in omni morte eventu ita esse ejus mortis causam, ut ab eis solummodo dependeat, & sic in omni casu dari locum exceptioni volunt, ut autem sequenti argumento, & aliis, de quibus infra: Partus & prægnantia pravos humores vel generant, vel generatos irritant, agros periculum majori exponunt, morbos fatuantes letales reddunt, & letales multo cum major certitudine letales, firmant hæc Hipp. auctoritate Aph. lib. 5. Aph. 30. & Gal. in comm. & ex ed. Hipp. lib. 1. de morb. in princ. qui quofdam morbos ex necessitate interimeri prædicantur, qui in aliis dubii sunt.

Facit etiam pro ipsis Cels. sue Med. lib. 2. cap. 6.

16 Et ratio predictorum fatis evidens est, quia prægnantes sanguinem deteriorem habent, & non purum. Gal. comm. 1. de Nat. hum. tex. 27. class. 1. & 1. de Sanct. tuer. cap. 9. class. 2. eo quod meliori sanguinem ad se fecerit aliciens, relinquit deteriorem. idem Gal. com. 3. in 3. de morb. Vulg. Aphor. 2. satisque ejus rei veritatem testantur morbi, quibus ut plurimum prægnantes dicebant, qui in aliis dubii sunt.

Quod autem videamus quotidiæ prægnantiam ma-

le affici, & in prægnantia & partu in discrimen vi-

ta trahi, non ab ipsa prægnantia & partu est, sed ab eorum corporum impuritate, ac malo vita regi-

mune;

mine; quippe cum sanæ mulieres in prægnantia vix molesta, qua alicujus momenti sit, afficiantur, si qua autem afficiantur, defectus aut virium est non morbosum, ut alias dixi, & probat in his terminis Vgo Senensis in artem par. Gal. cap. 2. part. 2. sic & in partu tales mulieres non magis affectas compries, quam si ventrem non fecerit, sed gravi pondere, aut quotidiani facibus exonerafiant, ut in multis mulieribus utpote nobilibus magis sanæ experiri, ac contemplari quolibet momento cuicunque licet.

Sed & in ipsis etiam nobilioribus, ac delitatis de multis mulieribus, quid reperies, quod morbosum vere, cum prægnantes sint, aut cum parturiant, dici possit? casus enim quidam peculiares, ac eventu rari in his, veluti in ceteris omnibus in consideratione non habendi: neque enim si decem prægnantes male ex prægnantia aut partu habeant, firmandum est, prægnantiam aut partum semper cauare mortibus, cum nonaginta ex prægnantia aut partu nihil omnino perpetuantur. Nam & eodem modo affirmare licet, quod ciborum assumptio & concoctio in ventriculo morbosum quid sit, stante, quod nonnulli cibos assumentes aut concoquentes pessimè afficiantur; & sic de reliquis. Non ab igitur

28 Leges hoc considerantes, prægnantem ac pueram lanam esse dixerunt. 1. Querit. 5. Puerpa. ff. de Edil. edit. & ibi Glos. ff. si mulier. Marc. Mamt. sing. 10. num. 5. immo hoc cum maxima prudenter, ut cetera omnia, fanciverunt, quid enim aliud 29 affimili potest conceptioni, quam concoctio ciborum in ventriculo celebratur? non alter equidem eam assimilat Gal. 3. de Natur. Fac. capit. 2. class. 1. & Fernel. Physiol. lib. 7. capit. 8. in fin. t. liquidum ipsa prima conceptio, & actus conceptionis responder ciborum deglutitionis, quos dehinc ventriculus undequaque amplectitur ac sovet, quemadmodum uterus cum semini attraxerit ad t. (ad quod attrahendum collo uitum, veluti ventriculus gula ad attrahendos cibos) illud undequaque circumambit ac retinet, ac retentum suo calore sovet, quoque ad perfectionem perdurat, & hoc prægnantia est, respondens ciborum concoctioni, quos tamdiu ventriculus, si bene habet, retinet, quamdiu concocti, & ad nutritionem apti evaserint; tunc illos in chilum, liuorem nempe album lacte simillimum convergos hepatis transmittit, que autem reliqua sunt, & nutritioni incepta, fæces icilicet ciborum, ad alium relegat, que quidem actio partui responderet; etenim semine ad eam perfectionem perducere, quæ à Natura requiritur, jam infusgit uteri expulsoris facultas, & ex semine jam conflatum hominem, & que illi ex ejus nutritione supererunt, foras transmittit: quemadmodum ergo in ventriculi functionibus, cum ille bene habet, omnia bene succedunt, nihilque, quod natum agit, aut illi molestiam afferat, intercedit, sic & sano existente utero, ac ipsa muliere, nihil omnino molestum, nihil violentum succedit, sed omnia operatum sine felicitate fortunatur.

Patet igitur ex his, partum & prægnantiam per se, & ex sui natura neque homini est adeo molesta ac inimica, ut multi volunt, neque morbos debere dici. Non repugnat autem tex. 1. 2. 5. sed 30 si non proper. ff. si quis cant. ubi prægnans dicitur esse valentudinaria: nam ibi cum agatur de accedendo ad judicium, & ex hac acceſſione possit prægnans aliquod discrimen perpeti, contentæ fuerint ll. ut in eo casu pro valentudinaria habeatur, non id quod

mentionem fecerit, ut paret, licet vero sat sciām, adverſarios non sine ducē Galeno hāc protulisse, qui lib. 3. Epid. comment. 2. Egr. 10. in historiā abortientis illius mulieris, dicebat; quod si ex aliqua cauſa externa mulieri illi abortire contigisset, eam Hippocr. silentio non prateriſſet; unde elicit, illam mulierem ex interna cauſa abortum feciſe, tamen nihil inde colligi potest, quod contra nos sit; in historiā enim abortientis necessaria erat omnino, si adiuiſſet, cauſa externa mentio, quia poterat curam evatiare; non sic autem in ceteris cāribus. quamobrem infer ex his, quod quemadmodum in aliis historiis cauſas filiū Hippocr. sic & in prægnantibus, & hujusmodi, neque hinc colligi potest illū prægnantiam & partum pro morborum causis adduxiſe.

Sed dices, quod Hipp. non omnes cauſas, sed ſolum evidentes, ac priocatarticas recensuerit, quando eas notas habebat, inter quas etiam enumerabat prægnantiam & partum, que ſatis evidentes ſuccedentis morbi cauſas illi videbantur; atque ea de re nullam aliam in ſimilibus casibus adducere cauſam conſueverit.

Reſpondeo, neque hoc veritatem habere, quippe cum Hipp. aliquando etiam internarum cauſarum mentionem habeat, ut lib. 3. Epid. ſel. 3. Egr. 2. & 2. ejusd. Hippoſtrati, inquit, uxori p̄cordii ſinifri tumor ex quartano in fastigium ſublatuſ eſt, & Zoilo ex matura tuſi febris acuta oborta eſt. & lib. 4. de ea, que in vico Balagore habitabat, Ex liene, inquit, febricitavit. & lib. 5. Metrodori puero ex dolore dentium, Canonis famula ex capitis dolore, Eutichidi ex cholera morbo, Hecafonii ex corporis impuritate, & ſic in aliis, in quibus illi cauſas apponere libuit & externas, & internas, ut illi magis arrift, indifferenter apolluit, plurimum 36 vero nullas apponit, ut appetat, quod ſi de prægnantia aut partu ſemper mentionem habet, hoc non niſi coactus fecit: ſunt enim ea conditions plurimum morbi conditionem alterantes, ita ut omnino necesse eſt, quod de illis habetur mentio, ut facit.

Præterea partum & prægnantiam morbosum quid eſt, & morborum cauſas, ex eo argumento eliciunt; nam dies critici à partu numerantur, reſte 38 Hipp. in Progn. & Gal. in comm. 3. part. 10. Avic. ſecunda 4. tral. 2. cap. 1. Halys, Theor. lib. 10. cap. 8. Averr. Collig. lib. 4. cap. 40. rationem eſt volunt, quod morbi cauſa ab ipſo partu, & ab hora 39 partu inſtit, etiamſi latiter ad tringita dies; ita Amat. Lufit. qui & Averr. pro ſe adducit Cent. 1. cur. 34. in ſchol. cui adhaeret Moxius lib. 3. Meth. med. morb. mul. cap. 26. qui & pluriſib. eam ſentientia firmant. Addunt, quod & conceptiones, 40 & partiones, & abortiones eodem tempore, ac illud diebus dijudicantur, quibus ipſi morbi, unde haec omnia morbosum quid eſt concludunt. Ad priorem argumenti partem responder Cagnarius, qui eam ſentientiam refellit, & dies criticos per 41 accidens tantum à partu numerari probat, non vero per ſe, nam per ſe a morbi accessione numerantur, & ita factitum eſt ab Hippocr. ſatis conſtat biſ, qui historias ab eo enarratas revolvere volent, & ut unicūm afteratur exemplum, affiſe mihi historiam uxoris Philini, de qua ſupra, & maniſtiffime videbis Hippocr. non à partu, ſed à febris accessione, quæ decima quarta poſt partum die contigit enumerare; neque enim ſequeretur, illam feſto

ſexto die delirasse, aut alia in illis diebus contigisse, in quibus illa enarrat, ſi à partu enumerare ceſſet; ſic etiam & in historiā feq. de uxore Epicratis, fexta die, inquit, à qua illam febris corripuit, &c. & ſic totam prolegiūm historiam, relictā omnino enumeratione à die partus, ut notat Mercuriad. in p̄dēl. epidēm. in hoc caſu. Similiter & de aliis qui buſfunque fecit, ut de uxore Dromedae, ceteraque omnibus abſque illa exceptione, niſi vel partus prænaturalis fuerit, vel in iſa die partus agrotaverit mulier, ut Egr. 12. lib. 3. ſel. 2.

<sup>42</sup> Ergo ad Hipp. mentem morbi principium à partu non enumerandum, neque enim ab eo cauſa inſtit, ut volunt, niſi ille prænaturalis fit, ut dixi; & ita faciendum concludunt Concl. diff. 106. Card. contr. Med. lib. 1. tral. 2. contrad. 5. licet Conciliatori in aliquibus contrarium exiftat Valles. contr. med. ac Phil. lib. 10. cap. 4. & in 1. Epid. comm. 1. ſel. 3. Egr. 4. Roderic. à Caſtr. de morb. mul. lib. 4. cap. 12. in ſchol. Varand. de affect. mul. lib. 2. cap. 1. & aliis etiam multi.

Ad poſteriorē argumenti partem dicamus nos, quod ſi illud valet de prægnantia & partu affirmare, eſt nemirum quid morbosum quod iſdem diebus, quibus morbi dijudicantur, erit quoq; ipſa vita & ſanitas morbus; nata & vita & ſanitas, ut ibi Hipp. iſdem diebus dijudicantur, eodemque modo pubēſcentia, feminiſi effuſio, menstruorum apparitio, filiorum procreatio, quin & ipſa intellectus perfeccio morbosum quid erunt, nam & hec iſdem diebus annis; adveniunt, quibus morbi dijudicari ſolent; puluis ergo momenti hec argumenti pars cenſenda eſt.

Tandem vix quicquam in contrarium adducitur, quod id probare aliquo modo poſit, quod volunt, cum etiamſi omnia quæcumque volunt, illis condonentur, tamen paſtum contrahentium eum modo, quo foreſulti declarant ac intelligi volunt, acceptum, firmum ac validum remaneat, niſi omnino rei natura repugnat. Non igitur novam legem ſanciare, aut ſancitam, vel permittive approbatam incidi reddere, aut deſtruere poſthac prudentissimi foreſulti in animis inducent ſuum, cum hec ab eorum leges ferendi prudentia ne latum quidem unguem ſele averterat.

## S V M M A R I V M.

- 1 Contractus ſocietatis, ut licitus eſt, requirerat, ut pecunia in ſocietatem data periculum amitionis currente.
- 2 Dons pecunia in ſocietatem quodnam periculum curare debet.
- 3 Quæcumque mortis genera ab extrinſeco pendent, excepta cenſentur.
- 4 Mors ex partu, & hujusmodi, ultra predictam cauſam ob quid cenſentur excepta.
- 5 Adulterus neque emere, neque exercere poſſant publica officia.
- 6 Sociorum conditio debet eſſe equalis.
- 7 Non poſſet omnis mors, in prægnantia aut in partu adveniens, excipi.
- 8 Dno eventum genera in prægnante, & partuiente conſiderantur.
- 9 In quibus cauſas exceptio locum habeat, & in quibus non.
- 10 Medicis diuīnū expōſitūr, quando partus & prægnantia debent dici mortis cauſa.
- 11 In eodem morbo ſemper mortis periculum majus eſt ex parte prægnantis, quam viri.

- 12 Partus & prægnantia debent eſſe cauſe proxime ſucedentis mortis.
- 13 Verbi illis, & cauſa partus, qui cauſa comprehenſatur, dicitur ut num. 15.
- 14 Partus & prægnantia ſemper cauſam morbo dant.
- 15 Partus & prægnantia eſſe ſuſtrare, quoniam modo intellexendum.
- 17 Nomen partus eſt quid indifferens ad ſanum, & non ſanum.
- 18 Partus ſanum naturaliſi eſt non ſanum preter natum.
- 19 Partus ſimplicer non poſſe occidere, falso ſi.
- 20 Ex partu & prægnantia, cum ſtatiōnē mutant naturam, & in preter natum abenī, poſſet ſi acilime mors ſuſcedere.

Eorum omnium, quæ universo hoc titulo continentur,

## E P I L O G V S.

Si jam ea, quæ longa verborum ſerie, prout arguimenti difficultas requirebat, enarravimus, brevioribus perfringamus: non deerunt enim quibus magis concia oratio multo magis animum fit oblectatura.

Cum ergo contractū ſocietatis, quam ab officio x denominant, illud peculiariter requireret, ut licitus futurus eſt, quod pecunia in ſocietatem data curarent amitionis periculum ſub aliquo perſone viatice discriminare, ſocii inter ſe in his contrariabus paciſcuntur, ut non indifferenter quodlibet eventu genitus locum amitioni pecuniariam faciat, ita ut ſocius eis in ſocietatem accipiens lucretur, ſed voluerunt 2 quod dans pecunia tunc illas amittat, cum ex cauſa intrinſeca vel ipſe decedit, vel is, ſub cuius vita periculo pecunia exiſtunt, atque ea ratione quæcumque mortis genera ab extrinſeca cauſa dependentiam 3 habere videbantur, eo quod talia violenta omnia ſint, ut mors ex fame, petre, bello, epidemia, & hujusmodi omnia excipi voluerunt; inter quae etiam mortem comprehendent, que ex partu, aut cauſa partus & prægnantia fit, & ſpeciarum omnia nominantur, ne dubium aliquod circa eorum alterum oriatur, cum & de petre, & epidemia, & de partu, & de prægnantia, & hujusmodi dubitari potuerit, an cauſam habent extrinſecam, nec ne.

Mortem tamen ex partu, & cauſa partus & prægnantia non eo ſolum nomine excipere permifsum fuſt datur pecunias, ſed etiam quia cum dominus officii, unius ſcilicet ex ſociis ſemper vir ſit, (neq; enim conceditur per II. ipsiſi mulieribus, ut publica officia, ſub quibus tales ſocietates conſtituuntur, emere, aut exercere poſſint) dans autem pecunias alter ex ſociis, ſeu iſi cuius vita periculum ſubuenit pecunie, aliquando ſtemnia exiſtar, non eraſt ſociorum conditio 6 aequalis, ut neceſſario eſt debet: nam ſemina ultra ea omnia pericula ex morbis, que currit officii dominus, ſubuenit etiam periculum ex partu, aut prægnantia, que cum interdum præter natum fiunt, in certum diſcribenſ trahere conſueverunt mulieres, à quo eraſt omnino officii dominus immuniſ; ut ergo ea ſociorum diſparitas tolleretur, neceſſum fuſt, mortem ex partu, cauſa partus & prægnantia eveſtientem excipi.

At vero quia, his non obſtantibus, non poterat

omnis cauſa mortis in prægnante, aut partuante

excipi, nam neque omnis cauſa ab iſipſi immediate

dependet) quia tunc pecunia ſalve exiſtient uni-

verso prægnationis & puerperii tempore, & fru-

Etus à dante pecunias exacti essent salvo capitali, quod absque usura vito fieri non poterat, unde iustitiae moderatores iniquam rem videnter permisere, idcirco duo eventuum genera in parturiente, ac prægnante consideranda erant; unum nimurum eorum, quorum immediata ac præcipua causa partus, aut prægnantia erant, cum à Naturali statu desciscunt, alterum eorum, qui ab alia causa originem ducentes, à prægnantia tamen & partu dehinc forentur. In priori eventuum genere exceptionem admitti debere declararunt Iureconsulti, in posteriore nequam.

Cum autem non sine Medicorum ope affequi possint, quandonam partus & prægnantia praecipua ac immediata mortis causa sint, quando vero solummodo foentes ac coadjutrices, idcirco in ea re eorum judicium desiderant *Bocac. de fœc. num. 35. num. 120. Caffra. cod. træt. cap. 18. num. 20. Zaccb. ibid. num. 426. & 428. Rora apud Zaccb. ubi supra deces. 99. num. 6. qui tamen hucque mentem Jurisperitorum, & pæctioris vim non affrequentes, sed ea verba proprio intelligendi modo interpretantes, illi male judicandi aniam non ferent aut bis pæctiterunt.*

Quod si urges, sociorum conditionem adhuc aqualem non esse, etiam excepta morte ex partu, aut prægnantia primaria habente causam ac originem, nisi una quoque omnis mors in partu, aut prægnantia eveniens excipiatur, quia patet, quod dato eodem morbo in utero, & in prægnante muliere, vel parturiente, semper major periculum est ex parte prægnantis, aut parturientis, ob prægnantia & partus concomitantiam, quam ex parte viri; Respondeo, quod dannum ex hac conditione disparitate pecuniarum domino emergens sua culpa ille patitur, cum minime coactus, sed sponte voluerit suas pecunias currere tale periculum amissione sub periculo vita mulieris, cum alijs licuerit illi virum nominare sanum ac robustum, non ab ea solum periculi inaequalitate immunem, sed à quovis etiam morbo, quantum ex fragilitate humana sibi promittere licebat.

Vt ergo eam rem, prout eorum nunc erat, iureconsulti declararent, verba illa in contractu apposita ita accipi voluerunt, ut partus & prægnantia, ad eaque pertinientes sint causae proximæ, immedicatae, ac finales mortis, nec fati esse debere, ut locum exceptioni faciant, quod habeant se tanquam causæ remota, impulsivæ, ac mediate, ut in pluribus casibus evenire certum est, & supra jam explicitum.

Sed insurgebat adhuc non levis dubitatio ex verbis in contractu appositis, nimurum, *excepta morte ex parte, & causa partus:* bene enim se res habet, dicunt aliqui, quod per ea verba, *ex parte,* comprehendantur causæ ab illo immediatam habentes dependentiæ, sed per subsecuentia, *& causa partus,* non alios comprehendendi possent, quam omnes causæ, quibus causam dederit partus: patet autem, neque à nobis negatur, in quolibet casu mortis in prægnantia, aut parturiente semper partum & prægnantiam dare causam morbo, & morti, & tenere semper se falso ex parte causæ impulsivæ, & coadjutricis;

itaque si ea verba suum effectum habere debeant, per ea comprehendendi diceendum est omnes causas in partu aut prægnantia succidentes.

Quibus respondi, per ea verba & *causa partus,* 15

eos causas comprehendendi, qui ab iis dependent, quæ ad ipsum partum consequuntur, & occasione ipsius partus fiunt; tale quid est secundinæ edactio, purgatio puerperii, & si alii sunt, que ipsum partum concomitant; eos insuper, qui à morbis pendent, quorum causa proxima & efficiens, & non solum impulsiva ac fovente fuerit partus, ut si ex ejus difficultate jam remissa, vel secundinæ educatione difficiili, & hujusmodi, vel febris, vel morbus exciterit: nisi enim hoc pacto res intelligatur, jam summos Pontifices, qui talia permiserunt, & ceteros iustitiae ministratores in eam absurditatem, de qua supra, incidisse confundantur, quod rem usuriam licet facient, sed abit ita lit, ut de viris sapientissimis tale quid jacletur, atque ea de te Medicis, qui proprii intelligendi modo eorum verba declarantur, malum nullam habere fidem, etiam nulla dissuadente ratione, (licet alias eos ut humanissimos preceptores, ac doctissimos viros in honore habeant) quam ita suistre de Iureconsultorum prudentia dijudicare. Ut rem igitur tanti momenti dilucide, quantum ac quatenus vires permittebant, magis secundum veritatem patet, primo causa investigata, ob quam permitti debuit danti pecunias, ut excipere posset mortem ex partu provenientem, & vi verborum, quia in contraria apponuntur, considerata, ad particulas quoddam causæ devient, ex quibus nonnullas regulas pro casibus excipiendis formavi, dehinc etiam nonnullos pro lucro adduxi, ac mox qua ratione partus & prægnantia ex Jurisperitorum mente deberent esse causæ mortis in casibus exceptionis, enarravi; & ne aliquid intentum relinquere, alios insuper causas dubios proposui, quos etiam dilucidavi, quodam fieri potuit, explnavi, tandemque ad aliqua argumenta dissolenda devenient est, ad illud præcipuum, quod cum partus & prægnantia res sint naturales, nunquam possint esse causa mortis, in quo argumento fallaciæ late-re manifestavi: nomen enim Partus est quid indiferens ad sanum & non sanum, & quid genericum, & cum volumen sanum partum dicere, naturalem dicimus, cum morbo sum, præternaturam. Partum sim- 18 plicerit non posse occidere falsum est, partum natu- ralem non interimeri verum est, partum præternaturam, falsum. In eo igitur argumento ea fallacia subest, quod in priori conclusione nomen partus genericæ, & in abfracto sumptum est, prout comprehendit quæcumque partum, in conclusione vel specificæ, prout solum naturalem comprehendit, vel in concreto, prout in hoc, aut illo individuo naturaliter sit, quod cum ita sit, concludendum ex partu & prægnantia non naturaliter se habentibus, quemadmodum & ex ceteris quibusque rebus naturalibus, cum statum naturalem mutant, & in præternaturam abeunt, posse facilissime succedere mortem, qua succedente, locus fiat exceptioni.

Denique ceteris quibusdam pusilli argumentis, cum meliora non adducerentur, satisfeci, quibus peractis, jam huic Titulo finem imponamus.

*Tituli Quarti Finis.*

## PAVLI ZACCHIAE

Medici Romani,

## QVÆSTIONVM

### MEDICO-LEGALIVM

#### LIBRI PRIMI

#### TITVLVS QVINTVS

De similitudine & dissimilitudine natorum,

Continens Quæstiones quinque;

quarum

I. De causis similitudinis natorum varie auctorum sententie.

Pag. 115

II. De differentiis similitudinum, earumque causis.

118

III. Quid sit simile, quid dissimile, ac de vera & adequata similitudinis causa.

119

IV. Similitudo an debeat facere conjecturam filiationis.

123

V. Filius mulieris, que ab obitu prioris mariti illico alteri nupti, cuiusnam censendus.

125